non tantum Consiliarij doctrinâ et pietate praestantes et eximii, qui religionem cum uxoribus amant et profitentur, idque non sine infamia, atque ministerium maximo honore prosequuntur, et se in Pastores liberalissimos exhibent, sed etiam cives non pauci sunt, qui conciones sedulò audiunt, longè verò plures, qui libenter accederent, et reformationem avidè expectant, nisi Nicodemi pudor illis obstaculo esset, in lucem prorumperent. Omnium horum me miseret, quorum caussâ maximè vellem tenebras excuti et expelli hic, lucemque verbi Divini splendere. Subita est haec immutatio, mi frater, ne igitur mireris harum literarum diversitatem à proximis: brevis Deum, ut Ecclesiae suae pacem, tranquillitatem et progressum largiatur, quam mundus conatur facere irritam. Ejus impios furores cohibeat bonus Pater. Rebus verò sic pendentibus huic vocationi neutiquam subscribere statui, nec fortassis à me poscetur. Uxori meae nolui haec indicari, ne quid timeat, sed benè sperare ipsam jubebis, Nobis dum nihil est periculi. Haec te scire volui, si quae plura cognoscere velis, ex Dno Schillingo poteris, qui ipso hoc tempore supervenit hisce accidentibus. Mea Ecclesia, quam nostri cum Christo conjunctionem spectans, meam dixi, tibi usque ad meum reditum curae erit. Literulas hasce meae uxori tradi cures, quaeso. Vale feliciter cum uxore amantissima tui, frater integerrime, et nobiscum doleas propter adversum et insperatum hunc casum. Spes longè uberior facta est de hoc negotio à nonnullis Principi, alioquin meo judicio hoc non tentasset. Saluta fratres nostros, praesertim Dominum Superintendentem et Affinem tuum; si procedet institutum plures accersentur et cumprimis homines hamines. Raptim Ambergae Dominica Trinitatis Anno 1575.

Tui addictissimus
Philippus Glinckerus.

Επιγραφή
Pietate et Eruditione Eximio Viro
Dno Davidi Pareo, Ecclesiae Hembsbacensis Pastori vigilantissimo, Amico suo integerrimo.

224) D. Lavathero Christianus Vurstisius S.

Sat diu charissime D. Lavathere, ad tuas respondere literas cessavi, nescio quibus impedimentis districtus, nunc mihi commoditas data est, per eruditos hosce juvenes, natione Bohemos, qui

ista hyeme nobiscum commorati sunt, et prius
quam domum redeant, Tigurum atque Genevam usque
excurrere decreverunt. Agnosco subinde singularem
tuam in me juvando industriam atque promptitu-
dinem, in eo quod ad comparandam ~~tuam in me ju-~~
~~vando industriam atque promptitudinem~~ operi
meo dignam materiam non tantum monere
viamque commonstrare, sed et suppeditare non de-
dignaris. Quo nomine me multum tibi debere
fateor atque utinam plures tui similes mihi con-
tigissent. Scripsi ad eruditos quosdam homines
mihi non ignotos Argentoratum atque Fribur-
gum, et nihil impetravi. Civium nostrorum
aliqui, penes quos nonnulla rerum consigna-
tiones exstant, in depromendis iis adeo diffi-
ciles sese exhibuere, ut clavam citius e Herculis
manibus extorseris, nactus interim sum aliquos
qui quae haberent obviis ulnis obtulerunt. Non
tantum bibliothecas, quantum quidem mihi
datum fuit, perlustravi, sed et si quae antiqua
mihi contingere potuerunt instrumenta, ~~ut~~ inde
quae ad antiquitatis memoriam pertinerent, elice-
rem. Templorum quatuor anniversariorum li-
bros impetravi, expecto per hosce dies unum
adhuc aut alterum, nam in quibusdam monaste-
riis amissi sunt. Fasciculum expetendorum etc. ex
D. Schwendii libris quondam intercedente habui.
Basiliense concilium seorsim excusum, nunquam
vidi, sicut nec Reformationem anno 1474 Augu-
stae ut scribis editam; Poggius in libro de mi-
seria vitae humanae, memorabilis illius incendii me-
minit, quo paulo post constant. Concilium Basilie-
~~[illegible]~~ domus 250 circiter conflagrarunt. Histori-
ca omnia quae ~~Heroldus~~ habuit, ut certum trigin-
ta libros historiae Germaniae Ferdinando Caesa-
ri conderet, biennio circiter ante mortem Ober-
dorffium Fiinbnensis dominii transtulit, atque illic
permansere: filius enim eius aeris alieni multi,

tudinem paterna hæreditati renuncia-
vit. Superioribus diebus primario cuidam
de magistratu nostro ad illius petitio-
nem specimen exhibui, huic nonnulla ex
archivis spes affulget, alioquin pugnam
Armeniacam nullo loco publico consigna-
tam reperi. Mitto tibi epistolam Cæs. Max.
per Conradum nostrum transcriptam, quam (si
placet) servabis, et erratis veniam dabis, nomi-
na tamen propria revidi, et consona sunt
iis, quæ ego in exemplari mihi oblato inveni.
D. Amerbachius mihi non multo ante cujusdam
incogniti Helvetiæ descriptionem, tribus
circiter foliis comprehensam, et Lutetiæ
alicubi inventam, communicavit. Si eam
non habetis, curabo ut ad nos veniat, quem-
admodum et Sueviæ descriptionem, quam
ego Felicis Schmid popularis nostri Domi-
nicani primum Basiliensis (ingressus est enim
illic ordinem Anno 1452) postea Lectoris
Ulmensis, esse prorsus existimo, meminit
enim patrui sui præfecti quondam Kiburgensis.
Scripsit is etiam, ut nosti, itinerarium in
terram sanctam Ingolstad. excusum. [illegible]
[illegible] bündt
orten gmein [illegible] Anno 99[illegible] habeo
enim, etsi ex mendoso exemplari transcripserim.
Quæ ad me mittere decrevisti, obsecro me o
per D. Froschouerum mittas, dabo ego
operam, ut per eundem redeant, beneficiique non
poeniteat, siquid ego vicissim præstare possum
laborem non detrectabo. Hodie cum D.
Beza sermones contuli, ut quid in Pictavis con-
silio ageret, intelligerem, significavit is mihi,

quod de successione parum speciosè aliquam,
negem enim conditionibus propositis
pacem dare nolle, nempe ut de unione
illius authoribus poenas sumat, Religionis cul-
tum liberum permittat, obsidibus in super
usque urbibus quae ostdam traditis eorum securita-
ti caveat &c. Legati quidem Principis Condaei hodie
ad Regem, quid autem futurum sit, dies docebit.
D. Beza post dies aliquot domum revertetur.
Rex hisce bacchanalibus Remistunctionem suscepit.
Eius strategemate, Aqua sextia i Damillo sine
sanguine occupata sint, accepisse nos tror. D.
Grynaeus, Sulceri successor, ad Basileae arbitrum
primum huc commigrabit. Salutem vobis di-
co plurimam D. Hospiniani, cui ante paucos dies filius
natu maximus, minister ecclesiae, obiit, unico saltem
ex liberis illius superstite. Simul et D. Erzbergii,
qui in D. Bezae gratiam huc venerat. Saluere cu-
pio praeter alios summum Virum D. Rudolph. Bulle-
rum, eiusque filium. Vale interim tu quoque vir doctiss.
Basil. 12 Kal. Martii 1575.

Christianus Wurstisius.

M. Iacobo Commelino

Pax Christi.

225)

Cum nunc paullum otii haberem, Commeline doctis-
sime, volebam mihi ita, ut nuper rogaram, meus
quae annonii edita fuisset derepsisset aliquid fortasse in
te ... aut quid nos facturos sperarenam, nomi-
tas ei manda ... Primum quidem iam perde-
riter ... plerosque, dum alia ...
... sunt, omnem illius memoriam oblivio delevit. Tua opera, si per omnium fidelem fieri
potest, ut cederet iam tandem ad vota perficere, ...
non ... cederent, ob aliquem ingenii tui spe-
cie ... Tua familiae calamitosae et
... magno ... dolore affecit. Sic est

[= Aser. a. 7 =
Nr. 238]